

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA =====

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA =

==== JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA ===

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA =====

==== JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA ===

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XVI.

ROMAE, Mense Maio MCMXIII

Num. V.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna .."
Burns and Oates

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA

apud
Librairie Granger Frères

London W.
28, Orchard Street.
Montreal
1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inducas; haec omnia ut quisque vel ex dissimilis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explore desideria sua possit.

PRETUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)
ante solvendum et recto tramite mittendum ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DEL TRITONE, 46 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA IN ANNUM MCMXIII

Pro Sociis singulis, quorum sive carmine sive soluta oratione scripta in *Voce Urbis* per an. MCMXIII edita fuerint et a doctorum virorum collegio ad id constituto maxime commendata, *praemium erit argentei numismatis ex iis, quae Pontificis Maximi fuisse quotannis in festo Apostolorum Principis cudi solent, Sacro Purpuratorum Senatu, Romanae Curiae aulicisque pontificis distribuenda.*

Pro Sociis qui libellas octo pretio subnotationis addiderint, delectus erit unius ex tabulis aere mirifice cisis, magnitudine cm. 118 × 84, gesta Costantini M. Imperatoris referentibus prout in Vaticani aedibus Raphaël Sanctius eiusque discipuli penicillo expresserunt. Tabulae reddunt: *Pugnam inter Constantinum et Maxentium; Visum Crucis; Constantini Baptismum; Constantini donationem Pontifici factam.* — Si quis omnes cupiat,

Pro Sociis, iisque Sacerdotibus, qui lib. quadraginta quattuor miserint, *Vox Urbis* gratuito conceditur; ii enim *Nocum Breviarium Romanum* habebunt, iuxta nuperas dispositions reformatum, charta vere Indica in 16° (15 × 9) ab editrice Pont. domo Desclée et Soc. impressum, splendide ac solide ex pelle vulgo zigrino conglutinatum, foliorum segratamente eleganter aurata; quod sane venale prostat lib. 44. — Quin imo simul cum Breviario si socius ipse miserit, aut emi insserit, praemisso, uti par est, « Proprii » eiudem pretio.

Ann. XVI.

ROMAE, Mense Maio MCMXIII.

Num. V.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS



Rerum index:

Utrum S. Thomas Graecam linguam calluerit.
De leone XIII P. M. Commentarius.
Selecta ex bibliothecis et archivis. De actione oratoria.
Horae subsecviae. Iuliani Apostatae mors. — Florum cultura.
Constantiniana monumenta. De Urbana basilica S. Ioannis in Laterano.
Colloquia latina. Silentiis et attentio.
Acta Pontificia. SSmi. Dni. Nostri Pii PP. X litterae in forma « Brevis »,
quibus Purpuratus Pater ad solemnum commemorationem Antonii
Friderici Ozanam Lutetiae Parisiorum habendam, tamquam Pontificis
Legatus mittitur.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae
selectae. Ex Congregatione Concilii. — Ex Congregatione Consisto-

riali. — Ex Congregatione S. Officii (Sect. de Indulgentiis). — Ex Congregatione Rituum.
Diarium Vaticanum. De recenti morbo SSmi. D. N. Pii PP. X. — Coronam SSmo. admissiones. — Peregrinorum adventus in Urhem. — Pontificie electiones.
Annales. Balkanicum discrimen. — Italorum in Lybia progressus.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Ex Bulgaria. De certamine poetico Hoeufftiano in an. MCMXIV indicto.
Aenigmata.
Sociis et Lectoribus monitum.
Appendix: Ad Romanam.

Utrum S. Thomas graecam linguam calluerit

Sub huiusmodi titulo anno MDCLXVII, P. B. Guyard dissertationem in lucem edidit, quae veluti parva fuit scintilla, ex qua, et propter quam, successivis saeculis usque ad nos, circa vexatam quaestionem plura scripta prodierunt. (1) Mens quorundam fuit, S. Thomam Aquinatem graecam non calluisse linguam; dum alii e contra Angelicum graecae linguae peritum fuisse assurerunt. Siquidem, Aquinas ipse testatur, - inquit Roselli, (2) - se vidisse libros de substantiis separatis nondum in latinum versos. Meminit praeterea libri Procli Platonici, quem dicit « in Graeco inveniri ». Ait item, se interdum ex Homiliis Chrysostomi sensum accepisse, dimisso verba, eo quod translatio esset vitiosa. Quid? si eius Commentaria in Aristotelem conferantur cum antiqua versione, qua Thomas usus est, invenietur profecto, ipsum magis intendisse ad textum graecum, quam ad versionem illam, eamque saepissime vel explicasse, vel emendasse. Nonne et Italiae cultus conditions sententiae huic favere videntur? Baconus enim ad linguarum, praesertim graecae studium adhortans, scribit: « Nec multum esset pro tanta utilitate ire in Italianum in qua clerus et populus sunt pure graeci in multis locis; et episcopi et archiepiscopi et divites et seniores possent ibi mittere pro libris et pro uno vel pluribus qui scirent graecum sicut Dominus Robertus S. Episcopus Lincolniensis solebat facere ». (3)

*

Certe Sancto Thomae Aquinati, aliqualem linguae graecae peritiam esse tribuendam, ex eiusdem scriptis

(1) Cf. DE RUBENS, *De gestis et scriptis etc. S. Thomas*, Diss. XXX, c. 4. — TALAMO - *L'Aristotelismo della Scolastica c. IX*. — L. SCHÜTZ DER HEIL, *Thomas von Aquin, etc.*; *Jahrbuch*, etc. 1895, VIII p. 271, 1896 X, p. 408.

(2) *Summa Philos.*, vol. 1, q. 1, a. viii n. 100.
(3) TALAMO, l. c.

apparet. Invenimus enim Angelicum graecum adhibuisse textum hisce ducti motivis:

a) Saepe ad graecae dictionis differentiam sese appellat, ut dum in *Summa de habitibus*: « Et ideo non dicit quod sanitas difficile mobilis simpliciter sit habitus, sed quod est ut habitus, sicut in Graeco habetur ». Et in *Summa c. Gentes*, contra Averroëm scribit: « Non sicut praedictus Averroës fingit, sub dubitatione hoc proferens, ut patet ex exemplaribus Graecis ». (1)

b) Affirmat Aristotelis tractatum *De Memoria et Reminiscentia* penes graecos esse partem alterius tractatus eiusdem Aristotelis, *De Sensu et Sensato*: « Ille tractatus (*De Memoria et Reminiscentia*) est pars istius libri (*De Sensu et Sensato*) secundum Graecos ». (2)

c) Ad graecam denominationem libri Aristotelis *De Caelo et Mundo* sese appellat; dum in Commentariis de *Anima* se non iam versionem, sed graecum textum secutum fuisse fatetur: « Haec tria in hoc libro aguntur, qui apud Graecos intitulatur de *Caelo* »; « Hic incipit liber tertius apud Graecos. Et satis rationabiliter. Ex hinc enim Aristoteles ad inquirendum de intellectu accedit ». (3)

d) Versum Homeri ab Aristotele non integre relatum, complect: « Sciendum est autem, quod hunc versus Homeri Aristoteles non totum posuit, sed solum principium. Unde nec in Graeco nec in Arabico plus habetur quam hic. Talis enim intellectus est, ut sic intelligatur hoc dictum, sicut consuevimus inducentes aliquem versus alicuius auctoris tantum ponere principium, si versus sit notus. Sed quia hic versus Homeri non erat notus apud latinos, Boetius totum posuit ». (4)

e) Vocabulorum graecae linguae saepe tradit signi-

(1) I-2, 50, 1, ad 2.; c. G. I. 2. c. 61.

(2) *De Sensu et Sensato* l. nn. lect. 2.

(3) In *Proemio de Caelo et Mundo*. Quatuor vicibus scribit « Intitulatur de Caelo, intitulari de Caelo, intitulatur de Caelo, nominatur totus liber de Caelo ».

(4) *De Anima*, lect. 4.

AD ROMAM

ACTIO DRAMATICA

versibus plautinis composita et in tres actus distributa.

ACTUS II.

*Vestibulum internum templi cum foribus in ima parte,
qua itur in subterraneum, ubi sunt captivorum cu-
stodie. Circumstant amplae columnae aere com-
posae.*

SCENA I.

Duo MILITES qui inter se colloquuntur.

I. MILES.

*Ii si Christi fidi sunt discipuli,
Mei quid interest?*

II. MILES.

Leges sic imperant!

I. MILES.

*Leges, et usque leges! Quid si arbitriae?
Mali quid ipsi in cives?*

II. MILES.

*Sunt innoxii,
Nos ipsi cernimus citra malitiam.
Frequentant carceres, ferunt subsidium...
Stipem nec exiguum dant nobis pro munere...*

I. MILES.

*Canunt hymnos, docent novos et canticos,
Sonant nec unquam dulces Amaryllides.*

II. MILES.

Deum sed honorant ipsi quem colunt...

I. MILES.

Deos nos contra colimus turpissimos.

II. MILES.

Pium, bonum, sed illi sanctum prae ceteris.

I. MILES.

Nos adoramus, colimus vel stercora!

II. MILES.

Nemo nos torquet, nemo dat molestiam.

I. MILES.

*Premunt hi carceres, vocant Pontificem,
Ab ipso postulant modo licentiam
Eum tuendi!*

II. MILES.

*Parvula est custodia,
Sunt pauci et milites; sic possent liberum
Reddere!*



I. MILES.

Sed ipse?

II. MILES.

*Vetat, vult in carcere
In vinculis mori suo pro Numine.*

I. MILES.

*Mirum! Quid accidet nostri si perderent?
Quid imperator bello si recederet?*

II. MILES.

*Erant et multi christiani milites!
At ipsi ad arma cursitant, et alacres
Gerunt in bellis martiales spiritus,
Ut ipsi in bello rem suam defendenter.*

I. MILES.

*Tibi sed pectoris pandam nunc depositum
Modo secretum dixi quod servaveris?*

II. MILES.

*Quid est quod verbis dicas tam solemnibus?
Tacebo, furcifer, tacebo! Die admodum.*

I. MILES.

*Eram mox custos ad theatrum positus
Marcelli, mille pressus sed angustiis,
Quidam cum venit, traxit qui me clanculum
Et paucis verbis, pluribus sed gestibus,
Placet, dixit, tibi magna vis pecuniae?
Quid ni? Sed quibus, dixi, conditionibus?
Habesne Mitrae templi tu custodiam?
Quid ad te? dixi. Eiusne tu deuriae?
Quid hinc? Habebis auri magnam copiam,
Si,... - Quid? - Dummodo deferas si chartulam
Puero captivo, Aniciorum filio,
Qui nominatur, ni fallor, Octavius.
Ei libenter postulanti assentio.
Ecce marsupium, vides et chartulam.*

II. MILES.

*Quid autem legitur? Caveto, tragula
Ex improviso tuum ne frangat caput.*

I. MILES.

Lubet videre?

II. MILES.

*Perlubet! Quis scit an exeat
Fortuna nostra, quasi Deus ex machina?*

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA,

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

*praeter Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum
per Italiam omnem, tum apud exterhas gentes, quo facilius satisfaceret
pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et
lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollici-
tationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens
instituit*

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

*Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud
Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in com-
modum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime
possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensa-
rum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redditum conver-
sionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum,
docendi facultatem, etc.*

PRO OMNIBUS

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

149904

APUD
SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA =====

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA == COMOEDIA ==

==== JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

== EDITIO ALTERA ==

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA ==

==== JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

== EDITIO ALTERA ==

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XVI. ROMAE, Mense Iunio MCMXIII Num. VI.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

PRIMI VOLUMINI SUBSCRIPTIONES EST

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

Gebethner et Wolf apud

"Kronika Rodzinna,"

Burns and Oates

Librairie Granger Frères

apud

Varsaviae Polonorum

Rakowskie Przedmiescie, 15

Varsaviae Polonorum

Krakowskie Przedmiescie, 6

IN ANGLIA

London W.

28, Orchard Street.

apud

Montreal

1699, Rue Notre-Dame

IN CANADA

apud

Varsaviae Polonorum

Rakowskie Przedmiescie, 15

Varsaviae Polonorum

Krakowskie Przedmiescie, 6

London W.

28, Orchard Street.

apud

Montreal

1699, Rue Notre-Dame